

Johannes-Franciscus Arnoud colligavit

C. TIBURTII DEXTRI MEMORABILIA

liber I
De colono Tusculano



édition bilingue latin-français

Jobannes-Franciscus Arnoud colligavit

C. TIBURTII DEXTRI
MEMORABILIA

A SCRIBA STOLONE SCRIPTA

*LES MÉMORABLES
DE GAIUS TIBURCE DEXTER*



liber primus
De colono Tusculano

*livre premier
Le Colon de Tusculum*

édition bilingue latin-français

De colono Tusculano

Le Colon de Tusculum

L. Annio Arriano C. Ceruonio Papo consulibus, pridie Idus Iunias, lunæ die, abhinc duobus et quadraginta annis, tum in fatum ipsum dominus incedit. Cum clientes, post salutationem ab atrio, in manu sportula, exirent, Tiburtius Dexter aliquem, quem ut unum e solitis clientibus non noscebat, stare miratus est, dum rectus in pedibus exspectat donec ut uerba faciat monitus erit. Homo uero trepidus esse uidebatur qui alternis in alterutrum pedum se iactabat, quo habitu et timidum et humilem animum præbebat. Præterea gestando fessa atque iamdudum candidata toga uestitus est superque pullam tunicam crassæ lanæ male succinctus et inter digitos dextræ paruam uolumen quasi tractabat hæsitans utrum illud priusquam se in pedes coniceret humi deponendum an minus timido more Tiburtio dandum. Quam domini cum auctoritate et potestate tum se uero et præstanti habitu saluator quidam commouebatur!

– Quid me uis? rogauit Tiburtius cum impudenti uoce clarissimi uiri qui misellum hominem alloqui bene uult. Mihi timidus uideris quasi elephantum stipem porrigas. Quod sic infixus manseris ad extremum radicabitur.

Ille insolitus saluator manifesto impos sui saluam deglutit:

– Veni, inquit, ueni domine Tiburti, omnibus rebus omissis magnificam in tuam domum ut ad opem tuam confugerem. Præstat enim, ut opinor, te per me de quibusdam rebus certiores fieri priusquam rem in iudicium adducam.

Dum hæc uerba dicit, uultum pæne minacem præbuit. Iterum saluam deglutit:

– Publius Gargilius Florinus sum, inquit, et agellum iuxta Tusculanum tuum teneo.

Sous le consulat de Lucius Annius Arrianus et de Caius Cervonius Papius, le lundi qui précédait les Ides de juin, il y a quarante deux ans, mon maître rencontra son destin. Alors que ses clients après la salutatio quittaient son atrium leur sportule en main, Tiburce Dexter s'étonna de la présence d'un individu qu'il ne connaissait pas comme l'un de ses clients habituels et qui attendait droit sur ses pieds qu'on l'invite à parler. Le bonhomme semblait inquiet et s'appuyait alternativement sur ses pieds, attitude qui dévoilait son humilité et sa timidité. En plus il était vêtu d'une toge défraîchie et fatiguée qu'il avait mal attachée sur une tunique de bure. Il tripotait entre les doigts de sa main droite un petit rouleau de papyrus se demandant s'il allait le poser à terre avant de s'enfuir ou le donner à Tiburce d'une manière moins craintive. Comme l'autorité, la puissance et l'allure supérieure de mon maître perturbait cet étrange visiteur !

– Qu'as-tu à me dire ? demanda Tiburce de la voix désinvolte d'un clarissime qui daigne s'adresser à un gueux. Tu sembles avoir autant peur que si tu tendais une pièce à un éléphant. Si tu restes ainsi planté tu finiras par prendre racine.

Cet étrange visiteur apparemment plus trop maître de lui déglutit et dit :

– Seigneur Tiburce, je suis venu, toutes affaires cessantes, en ta magnifique demeure pour recourir à ton assistance. Il vaut mieux, me semble-t-il, que je t'avertisse de certaines choses avant que d'en venir à la justice.

En disant cela, il montrait un air presque menaçant. Il avala encore sa salive et dit :

– Je m'appelle Publius Gargilius Florinus et je possède un terrain près de ta propriété de Tusculum.

– Dicisne, inquit C. Dexter, prædium a liberto Hierocle excultum? Compertum habeo illic graues casus geri. Ex epistola enim Messalini tribuni nouissimis nundinis certior factus sum nos Lucani Ardeatis prædonum iniurias euitasse. Eadem declinasti?

– Verum est, domine, inquit Florinus, unumquemque nostrum timuisse ne Lucani caterua ad prædandas et diripiendas uillas ueniret sicut circum Bolam fecerat. Sed ut primum uexillationem legionis prædonum cateruam prosequi et depellere moniti sumus, nos quieti tradidimus. Et maxima clade facta, perhibent maiorem latronum partem interisse sed Lucanum et proximos suos ad Montem Albanum, ut ibi se abderent, sese recepisse. At curæ mihi non est... uel hæc saltem non est in domum tuam causa aduentus.

Florinus statim rubescit tum minus ac minus compos sui primum magna deinde maxima uoce locutus est:

– Siue enim tam tristes casus siue confusiones quas attulerunt in liberti tui mentem maleficia et nefaria facinora fortasse iniecerunt namque Hierocles tuus, sacer sit!, tam inhoneste mecum egit ut fur uideretur. Inde litis causa et in domum tuam aduentus. Istum autem accuso quod tres oues iugularit et terminum, quod prædia nostra limitat, intra agellum meum quindecim passus loco mouerit ut plura uineæ iugera furaretur. Præterea, pro di immortales!, mihi minatus est iniuriis ad litteras traditis. Age, clarissime domine, nefarias litteras cognosce! Certe diues non sum sed litteras scio atque hæc callosæ manus, quamuis uiro tam delicato quam tu indignæ sint, a uilico et seruis tuis patrum meorum agellum tuebuntur.

Tiburtius, dum Florinum auscultat, barbam nouissimo more cæsam longis digitis mulcebat ex quo gestu dubitationes eius coniciebam. Manum autem dextram, cuius digitus quisque suum anulum gerebat, uenuste protendit ut uolumen a colono Tusculano porrectum apprehenderet.

Postquam sub mirabundis oculis id habuerat, uerba scripta legit.

– Ira uero, inquit C. Dexter, tua iusta est, Florine. Is enim qui hæc scripsit dignus est qui flagellis cædatur. Vide modo, mi Stolo,

– Parles-tu du domaine exploité par mon affranchi Hiéroclès ? J'ai appris qu'il s'y était passé des événements pénibles. Par lettre le tribun Messalinus m'informa qu'aux dernières nundines nous avons évité les dommages des brigands de Lucanus d'Ardée. As-tu échappé aux mêmes ?

– Il est vrai, seigneur, dit Florinus, que chacun de nous a craint que la bande à Lucanus ne vienne piller et saccager nos fermes comme elle l'avait fait aux environs de Bola. Mais dès qu'on apprit qu'un détachement de la légion poursuivait et traquait la bande de brigands, nous nous tranquillisâmes. On raconte, qu'après leur défaite, la majorité des bandits ont péri mais que Lucanus et ses amis se retirèrent vers le Mont Albain, où ils se cachent. Mais cela n'est pas mon souci... du moins là n'est pas la cause de ma venue chez toi.

Florinus rougit subitement et, se posédant de moins en moins, parlait en grossissant la voix :

– Peut-être que les fâcheux événements ou la confusion qu'ils apportèrent entraînent dans l'esprit de ton affranchi méfaits et autres crimes puisque ton Hiéroclès, qu'il soit maudit ! se comporta d'une façon si malhonnête qu'il semble être devenu un voleur. D'où la cause de la dispute et de ma venue chez toi. J'accuse ce vaurien de m'avoir égorgé trois brebis et d'avoir déplacé une borne qui délimite nos terres sur quinze pas dans mon lopin pour me voler plusieurs arpents de vignes. En outre, par les dieux immortels, il m'assomma d'injures. Tiens, seigneur clarissime, prends connaissance de sa maudite lettre. Je ne suis certes pas riche mais je sais lire et ces mains rugueuses, tout indignes soient-elles d'un homme aussi délicat que toi, défendront le lopin de mes pères contre ton métayer et tes esclaves.

Tout en regardant Florinus, Tiburce de ses longs doigts caressait sa barbe taillée à la dernière mode. De ce geste, je déduisis ses réflexions. Pour se saisir du rouleau que lui tendait le colon de Tusculum, il avança délicatement la main droite, où à chaque doigt brillait un anneau.

Après l'avoir tenu sous ses yeux étonnés, il lut les mots écrits et dit :

– Oui, ta colère est légitime, Florinus. Celui qui a écrit cela est digne du fouet. Vois, mon bon Stolon, comme l'homme est un loup

adiecit Dexter dum mihi paruū uolumen tradit, ut homo homini lupus sit.

Duas autem lineas inspexi quæ in charta a læua ad dextram currebant et clara uoce legi, quæ oculis non facile intelligere potueram, namque minuscula et ueloci scriptura delineatæ erant:

“Agrum concede, Florine, fortiori uiro; nam, te inuito, patrimonium augebo. Hinc abi, si uiuere uis!”

Tiburtius Dexter, dum e cathedra surgit, Florinum in triclinium Dianæ sessum uenire iussit et cum formosissima Photis frigidam aquam ministravit dominum sic loquentem audiui:

– Vidistine oculis tuis Hieroclen, libertum meum, tres oues tuas iugulantes et intra uineas tuas terminum locantem? Vera autem causa tua dicenda sunt. Vtor enim commercio cum magnis Urbis et, uno uerbo, te remo affigere possum, nam nomen meum tale et tantum est quam in te quamlibet litem semper obtinebo. maleficorum tuorum fautor sim!

– Væ mihi! Inquit Florinus, optime id scio. Diues enim semper aduersum pauperem causam et pessimam semper obtinet. Sed ut uerum dicam, Mehercule, uilicum tuum oculis meis non uidi et oues iugulantes et terminum loco mouentem... at tamen quis nisi iste hoc facere potuit? Cui enim prodest nisi tibi? Nam terminus prædium tuum et agrum meum diuisit, cuius motu intra agellum meum tanto prædia tua augebas quanto agellum meum deminuebas. Oues uero necatæ sunt in itinere, quod inter uillulam meam et communem publicumque agrum procedit, id est medio prædio tuo!

– Eratne pastor qui pecus tuum duceret?

– Erat, domine.

– Is igitur sine dubio uidit Hieroclen oues iugulantes.

– Sine dubio, ut dixisti. Postquam facinus fecit uilicus tuus pastori hoc uolumen dedit quod modo legisti. Ius meum persequor. Non impune facere poterat, quamuis cuiusdam tam diuitis et bene auditi et bona fama, quam tu sis, uilicus esset!

– Recte dicis, Florine. Mihi crede, hoc crimen sine poena non permittam. Est mihi

pour l’homme, dit-il en me confiant le petit rouleau.

Je regardai les deux lignes qui couraient de gauche à droite sur la feuille et lus à haute voix ce que mes yeux n’avaient pu facilement déchiffrer, tracées d’une écriture toute petite et rapide.

« Florinus, donne ton champ à plus fort. J’augmenterai malgré toi mon patrimoine. File d’ici si tu veux rester en vie ! »

Tiburce Dexter, se levant de son fauteuil, invite Florinus à venir s’asseoir au salon de Diane. La merveilleuse Photis servait l’eau fraîche, quand j’entendis mon maître parler ainsi :

– As-tu vu de tes yeux mon affranchi Hiéroclès égorger tes trois brebis et placer la borne dans ton vignoble ? Tu dois dire la vérité. Je suis en relation avec les grands de la Ville et je peux t’envoyer aux galères d’un seul mot. J’ai un tel renom que je gagnerais n’importe quel procès, quand bien même je serais l’auteur de tes malheurs.

– Malheur ! Je le sais parfaitement. Les riches gagnent toujours leurs procès, même les pires, contre les pauvres. Pour dire vrai, par Hercule, je n’ai pas vu de mes yeux ton fermier tuer mes brebis et déplacer la borne... mais pourtant qui sinon lui pouvait le faire ? A qui cela profite-t-il sinon à toi ? Puisque la borne délimite mon champ de ton domaine, son déplacement à l’intérieur de mon lopin de terre augmentait ta propriété d’autant qu’il diminuait mon terrain. Et les brebis ont été tuées sur le chemin qui s’avance entre ma ferme et le terrain communal, c’est-à-dire en plein dans ton domaine !

– Y avait-il un pâtre pour conduire ton troupeau ?

– Oui, seigneur.

– Alors lui, sans aucun doute, a vu Hiéroclès tuer tes brebis.

– Sans aucun doute ! comme tu dis. Après son forfait ton fermier remit au pâtre ce rouleau que tu viens de lire. Je demande justice. Il ne pouvait faire cela impunément, a-t-il beau être le métayer d’un homme aussi riche, aussi bien en cour et de bonne renommée que toi.

– C’est vrai, Florinus. Crois-moi je ne laisserai pas ce crime impuni. C’est important pour moi. Mais, dis-moi, connais-tu bien ton pâtre et est-il digne de ta confiance ?

magni momenti. Sed, mihi cedo, pastoremne tuum bene nouisti atque dignus fide tua est?

– Mihi se dixit Capenatem. Etenim operarius est qui uariis dominis Latinis diurna se conducit. Est iam octauus dies cum eum conduco, cui denarium unum in die numero atque non piger est.

– Ex re tua, inquit Tiburtius Dexter, et mirationem et studium capio. Nunc Tusculum adeundum est ut unam duasue res recognoscam. Medius Fidius, nocentem castigabo sed interim te ad prandium nostrum uoco et tantum postea ibimus. Agedum, hoc marsupium cape et in tabernam adi nouam togam et minus rusticam tunicam emptum.

– Agis sicut patronus erga clientem! Sed sportulam tuam, pace tua, non curabo satis enim Antoninianorum mecum habeo ut noua indumenta emam, nihilominus ad prandium tibi promitto. Meridie redibo!

Hic certior et firmior factus exiit quam fuit cum uenit. Dexter aliquantulum suspirans Florinum ab atrio exeuntem spectauit:

– Mi Stolo, inquit, rem curandam iudici tradere non possum. Scis enim quid hoc ei misello esset. Iudicum machina, ut ita dicam, eum frangeret. Videlicet e familiaribus iudicem haberem qui praesertim ordini nostro deditus esset et minus iure dicendo quam dignitate nostra et nomine obseruando curaret. Litemque facillime obtinerem namque prius Florini patronum largitione corrupissem. Dein is damnaretur cuius agro et uillae manum inicerem. Etenim, ut opinaris, quindecim uinea passibus satisfieri non possem. Sed re uera male audirem si sic agerem. Namque diuitem et nobilem esse meliores mores requirit et solum noui diuites et libertini, male genus! qui fortuna uel dolo a luto, ubi nati sunt, ascenderunt, potentia sua abusi essent. At tu, mi Stolo, qui a principio in cera rem scripsisti, mihi dic quod sentis.

A Tiburtio Dextro interrogari solebam etiam si, quicquid responderem, raro expectabat ut casus obscuritati lumina adferrem. Sic ex inopia consilii mea uel dubitationibus nescio quam uoluptatem trahebat. Nam nimirum quid de hoc casu cogitandum esset nesciebam. Hierocles autem, si nocens fuerit, male se habebit namque Dexter facile castigat. Attamen quae causa

– Il m’a dit être Capenate. C’est un ouvrier qui se loue pour un salaire journalier à divers propriétaires du Latium. Ça fait sept jours qu’il est à mon service, je lui donne un denier par jour et il n’est pas paresseux.

– Ton affaire m’étonne et me plaît, dit Tiburce Dexter. Nous devons aller à Tusculum pour deux ou trois investigations. Ma parole, je châtierai le coupable mais en attendant je t’invite à déjeuner. Nous partirons ensuite. Allez, prends cette bourse et va dans une boutique t’acheter une toge neuve et moins rustique.

– Tu te comportes comme un patron envers son client ! Mais, sans vouloir te vexer, je n’aurai que faire de ta sportule, j’ai assez d’Antoniniens sur moi pour m’acheter de nouveaux habits. Toutefois j’accepte ton invitation à déjeuner. Je serai de retour à midi.

Il partit avec plus d’assurance et de certitude qu’à son arrivée. Dexter poussant un soupir regarda Florinus sortir de l’atrium :

– Mon bon Stolon, je ne puis confier cette affaire à un juge, dit-il. Tu sais ce qui arriverait à ce malheureux. La machine judiciaire, pour ainsi dire, le briserait. Je choisirais un juge parmi mes amis, tout dévoué à notre ordre, qui se chargerait moins de dire le droit que de protéger mon rang et mon nom. Je gagnerais aisément le procès, puisqu’au préalable j’aurais corrompu l’avocat de Florinus. Il serait ensuite condamné et je mettrai la main sur son champ et sa ferme. Tu penses bien que je n’aurais pas pu me contenter de quinze pas de vigne. Mais ce serait mal me connaître. Être riche et connu demande les meilleures mœurs et seulement les nouveaux riches et les parvenus, maudite race ! qui se sont retirés de la boue, d’où ils viennent, par la chance ou la ruse abuseraient de leur puissance. Mais toi, mon Stolon, qui écris l’affaire sur tes tablettes, dis-moi ce que tu en penses.

J’étais habitué à ce que Tiburce Dexter m’interrogeât même s’il attendait rarement, de mes réponses, que j’éclairasse l’obscurité du problème. Il tirait je ne sais quelle jubilation de mon manque d’avis ou de mes hésitations. Bien sûr je ne savais que penser de cette affaire. En tout cas si Hieroclès était coupable il ira bien mal car Dexter avait la main lourde. Et pourtant je ne pouvais comprendre ce qui avait poussé l’affranchi de Tiburce à menacer Florinus ouvertement.

Tiburtii libertum impelleret ut palam Florinum minaretur intelligere non poteram.

In nebula omnium cogitationum intricatus:

– Si eiusmodi rem, inquam, Hierocles fecit, insanus factus est. Nefas! Quomodo sibi permiserit ut in hanc nefariam rem te induceret? Aegre tamen fero hunc tam audacem fuisse.

– Alterum de duobus, inquit C. Dexter, aut Hierocles nocens est aut pastor mentitur. Hieroclen autem a pueritia mea cognoui. Famosus enim gladiator fuit in ludo quem pater conduxit ut aedilis creatus munus daret. His uiginti annis munus datum est. Ferunt Hieroclen tam fortiter dimicasse ut Seuerus Alexander Augustus in amphitheatro gladiatura liberaret. Inde, rude accepta, patrem meum seruire tamen ei libitum est, postea libertus patris ex testamento fuit eique Tusculani mei uilicationem tradidi. Florini autem pastor omnino ignotus nobis est. Sed nunc mihi in Forum Vlpium eundum est quia ibi iam dudum Vatinius Bassus tabernam habet. In taberna eius, qui circensibus fauent, sponsiones faciunt. Fac lecticam mihi appares et mone Phidippum archimagirum ut quemdam ad prandium uocauerim.

Hæc est uiri clarissimi negligentia! Dominus enim, cum decus et honor eius agatur, ille ut sponsiones faciat in tabernam Bassi adire uult.

Post quattuor horas, diei septima hora, Florinus, cum candidissimam et nouam togam atque splendoros calceos ex corio emerat, in atrium nostrum rediit. Ad eum ueni atque, dum in Dianæ exedra domini reditum exspectamus, Tiburtiana interrogandi ratione uti uolui et, illum imitans, colonum quam acutissime interrogare coepi.

– Metuo, inquam, Hieroclis cuti. Dominus enim non patietur quin uilicus nomen et famam suam inquinet. Namque, Mehercule, Tiburtius Dexter, præter Tusculanum, latifundia in Proconsulari, in Achaia et in Asia possidet. Quid est quod aliquota uineæ iugera, animo tam iniquo, concupiscat?

– Qui habet, inquit Florinus, numquam satis habet. Nullum diuitem Romanum, rapax genus! cui bona sua satis sint, accepi. Re uera

Perdu dans le brouillard de toutes ces réflexions je dis :

– Si Hiéroclès a agi de la sorte, c'est qu'il est devenu fou. Quel forfait ! Comment aurait-il pu se permettre de t'impliquer en cette méchante histoire ? J'ai du mal à supporter qu'il fût aussi hardi.

– De deux choses l'une, dit Dexter, ou Hiéroclès est coupable ou le pâtre ment. Je connais Hiéroclès depuis mon enfance. Il fut un gladiateur célèbre dans l'équipe que mon père engagea pour les jeux qu'il produisit quand il devint édile. Il y a vingt ans qu'il a offert ces jeux. On raconte que Hiéroclès combattit avec un tel courage que l'empereur Sévère Alexandre le libéra de la gladiature dans l'amphithéâtre. Ayant reçu son sabre de bois, il lui plut pourtant de devenir esclave de mon père, puis il fut affranchi par testament de mon père et je lui confiai la gestion de mon domaine de Tusculum. Or le pâtre de Florinus nous est complètement inconnu. Mais je dois me rendre au Forum de Trajan, Vatinius Bassus y tient une boutique depuis déjà longtemps. Dans son échoppe les amateurs de jeux du cirque engagent des paris. Fais-moi préparer ma litière et préviens notre chef de cuisine Phidippe que nous avons un invité pour le déjeuner.

Voilà bien l'insouciance aristocratique ! Alors que sa gloire et son honneur sont en jeu, mon maître veut aller dans la boutique de Bassus faire des paris.

Quatre heures après, à la septième heure du jour, Florinus, comme il avait acheté une toge neuve et toute blanche et de brillants souliers de cuir, revint dans notre atrium. Je vins à sa rencontre, et, en attendant le retour de mon maître dans le salon de Diane, j'ai voulu procéder à un interrogatoire à la Tiburce et, en l'imitant, je me mis à questionner le colon le plus finement que je pouvais.

– Je crains, dis-je, pour le dos de Hiéroclès. Mon maître ne supporterait pas qu'un métayer salisse son renom et sa réputation. Tiburce Dexter, par Hercule, en plus de son domaine de Tusculum possède de vastes domaines en Proconsulaire, en Achaïe et en Asie. Pour quelle raison convoiterait-il quelques arpents de vignes avec tant d'iniquité ?

– Qui a, n'en a jamais assez, répondit Florinus. Je ne connais pas un seul riche Romain, engeance rapace ! qui se satisferait de ses

nihil bonum ab aduentu meo exspecto, sed dominum tuum rectum et probum esse audiui. Si Numa erit, uidebo. Minus autem agello quam mihi ipsi timeo. Memento Hieroclis minas capitales!

Venerunt repente in mentem meam Tiburtii uerba. Quod si Hierocles gladiator fuerit, pro miselli Florini capite ne nummulum quidem spondebo. Sic cogitans, non potui quin horrescerem et minimo temporis puncto in consiliis domini quoddam uitium uidi namque præter aut Hieroclis nocentiam aut pastoris mendacium nullam aliam uiam affirmabat, sed tertiam ego uidebam. Pastor, quia et Capenas, id est alienus nec uir Tusculanus, et modo a Florino conductus, in Hieroclen incidere, cum in quemuis, qui se Hieroclen esse dicat, incideret, bona fide crediderit. Sic pastor deceptus et inuitus falsum dixerit.

Tum a Florino postulabam:

– Aliquantula re permotus sum namque quomodo pastor, qui fortasse Hieroclis noscendi tempus non habuit, ut uerbis tuis uixdum eum conduxeras atque a Capena oriundus erat, quomodo, inquam, pro certo habebat uirum, quem oues iugulantem et uolumen committentem uideret, Hieroclen esse merum?

– Quas argutias, inquit Florinus, tibi, sagaci Stoloni, sic inuicem remittam. Quomodo enim totius familiæ ignarus et uix conductus pastor potuit scire uilicum uillæ Hieroclen appellari? Nimirum pastorem interrogauit et, mihi crede, ad Tiburtium Dextrum non uenisset nisi id habuisset pro certo. Namque præter uolumen gladium, quo iste ouium interfector usus est, adtulit. Hic gladius, Medius Fidius, pulcherrimus erat inque capulo eius litteris Græcis ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ legebatur. Nonne linguam tuam retudi?

Re uera omnia Hierocli aduersabantur.

Dum alter cum altero hæc uerba commutat, a Foro Vlpio rediens, dum in frequentiore turba uiarumque angustias exsecratur, Tiburtius Dexter apparuit, sed statim ancillæ famulique, credideris apium examen, ad eum concurrerunt et sicut poeta canit :

biens. En vérité, je n'attends rien de bon de ma venue, mais ton maître a la réputation d'être droit et probe. Je verrai s'il est un Numa. Mais je crains moins pour mon champ que pour moi-même. Rappelle-toi les menaces de mort !

Soudain les paroles de Tiburce me vinrent à l'esprit. Si Hiéroclès a été gladiateur, je ne parierai pas même une piécette sur la tête du pauvre Florinus. En pensant ainsi, je n'ai pas pu ne pas être effrayé. En un instant je vis comme un vice dans les réflexions de mon maître car sauf la culpabilité de Hiéroclès ou les mensonges du pâtre il assurait qu'il n'y avait aucune autre possibilité, mais j'en voyais une troisième. Le pâtre, puisqu'il était Capénate, c'est-à-dire étranger et non de Tusculum, et récemment engagé par Florinus, il aurait pu croire en toute bonne foi rencontrer Hiéroclès, quand il aurait rencontré n'importe qui qui se dirait Hiéroclès. Et ainsi le pâtre abusé mentirait malgré lui.

Alors je demandais à Florinus :

– Il y a une petite chose qui me perturbe, comment ton pâtre qui n'a peut-être pas eu le temps de connaître Hiéroclès, puisque selon tes mots tu venais de l'engager et qu'il était originaire de Capène, comment, dis-je, pouvait-il être sûr et certain qu'il voyait Hiéroclès pur jus égorger les brebis et confier le rouleau ?

– Sagace Stolon, je te renverrai ces arguties à mon tour, fit Florinus. Comment un pâtre ne connaissant pas tout le personnel et à peine engagé put-il savoir qu'un métayer de ferme s'appelait Hiéroclès ? Bien sûr j'ai interrogé mon pâtre et, tu peux me croire, je ne serais pas venu chez Dexter si je n'avais pas été sûr de ça. En plus du volume il apporta l'épée qu'utilisa ce tueur de brebis. Et cette épée, ma parole, était fort belle et sur sa poignée se lisait en lettres grecques À HIÉROCLÈS. Ne t'en ai-je pas bouché un coin ?

En vérité, tout était contre Hiéroclès.

Comme nous échangeons entre nous ces quelques mots, Tiburce Dexter, de retour du Forum de Trajan, survint en maugréant contre la foule trop nombreuse et les embarras des rues.

A l'instant servantes et serviteurs se précipitèrent sur lui, on aurait dit un essaim d'abeilles, comme le chante le poète :

“Erumpunt portis: concurritur, æthere in alto
Fit sonitus, magnum mixtæ glomerantur in
orbem...”

Alia eum pænula exuit, alia pedes
excalceauit, ille alueolum ad pedes lauandos,
hic hydriam ad manus abluendas protendit.
Omnes domini breui lauacioni operam
dederunt. Dexter autem tanto studio
circumfusus, hospitis tamen non oblitus est et,
uix manibus et pedibus lautis, detersis
unctisque ad prandium nos uocauit.

Seruitium, cum nos exspectauissent et
discumberemus, mensas simplices sed
copiosas ministrare. Sigma accubantes,
contra mensam rotundam, lætis animis
prandimus. Archimagirus enim Phidippus et
coqui et coquæ optime uictus curauerant.
Oliuas albas et nigras et artocrea et suillas
uuluas et Helueticum caseum et Crustumia
pira singula comedimus et uidelicet optima
uina bibimus. Amplius enim iter trium
horarum faciendum erat usque ad
Tusculanum.

Paulo post, a mansione Portæ
Cælimontanæ ræda conducta profecti sumus.
Rædarius ille, habenis remissis, equos agitabat
et, alacri incessu, in lapidibus uia Tusculanæ
Volturno citius uecti sumus. Ego uero Florini
criminationibus semper commotus, eis credere
non poteram. Etenim quid uilicum agitasset?
Quamquam mihi libitum est casum omni ex
parte considerare, creditu difficile erat
Hieroclen tantam audaciam adhibuisse. At,
certe, hunc uilicum minime noueram. Papæ!
cogitare desino remque ad Tiburtium Dextrum
relinquo cuius, ratione inita, erat.

Vespere rubescente, in prædium C.
Dextri peruenimus et, dum cohortem
penetremus, Hieroclen ipsum, qui aliquot
famulos famulasque sibi circumdederat, in area
ante uillam uidi. Quibus ex famulis, a
suauissima puella Myrrina me auertere non
potui. Erat, quod sciam, natu maior Erotis
soror qui, domini familiarissimus, a læua uilici
stabat.

Hierocles uero, amplo corpore et
mediocri erat statura, adusto colore, medio
naso tuberoso, quia quondam gladiatoriam
cassidem crebrius gesserat, auribus graui et
magna stalagmia ferentibus, fronte et calua
nudis et fulgentibus, cultu haud agresti sed

« Elles sortent du camp : accourent,
elles tonnent

Au zénith, en un cercle elles se pelo-
tonnent... »

L’une le dévêt de sa pèlerine, une autre
le déchausse, celui-là apporte un bassin pour
lui laver les pieds, celui-ci tend une aiguière
pour l’ablution des mains. Tous s’activent à
cette rapide toilette. Bien qu’entrepris par un
tel zèle, Dexter n’oubliait pas son hôte et,
mains et pieds nettoyés, séchés et parfumés, il
nous invita à déjeuner.

La valetaille, alors qu’elle nous atten-
dait et que nous nous allongions, nous servit
des mets simples mais copieux. Étendus sur le
sigma, près d’une table ronde, nous mangions
de bon cœur. Le maître queux, les toques et les
cuisinières avaient préparé avec perfection le
repas. Nous nous repûmes d’olives vertes et
noires, de pâtés de viande, de vulves de truies,
de fromage Suisse et d’une poire de Crustu-
mium pour chacun, et bien sûr nous bûmes
des meilleurs vins. Car en plus, nous devons
faire un voyage de trois heures jusqu’au do-
maine Tusculien.

Peu après avoir loué une voiture au
relais de la Porte Cælimontane, nous partîmes.
Le cocher, laissant la bride, fouettait les che-
vaux et, à vive allure, nous roulions sur les pa-
vés de la voie Tusculane plus vite que le Vol-
turne. De mon côté, j’étais toujours troublé
par les accusations de Florinus, je n’y pouvais
croire. En effet qu’est-ce qui y aurait poussé
l’intendant ? J’avais beau prendre l’affaire de
toute part, il était difficile de croire que Hié-
roclès eût montré une telle audace. Mais, c’est
vrai, je ne connaissais pas bien ce métayer.
Pfui ! J’arrête d’y penser et laisse l’affaire à
Dexter, tout compte fait, c’était la sienne.

C’est sous un ciel rougeoyant que nous
arrivâmes au domaine de Dexter et comme
nous entrions dans la cour je vis Hiéroclès en
personne entouré par un cercle de servantes et
de serviteurs sur le parvis de la ferme. Parmi le
personnel, la merveilleuse Myrrina dont je ne
pouvais détourner mes regards. Autant que je
sache, c’était la sœur aînée du favori de mon
maître, Éros, qui se tenait debout à gauche du
métayer.

Hiéroclès, quant à lui, était corpulent et
de taille moyenne, basané, le milieu du nez
bossu, à cause du casque de gladiateur qu’il
avait trop souvent porté autrefois, ses oreilles

nouissimi moris. Sed imprimis hic senex fere, qui in quintum et quinquagesimum aetatis annum inibat, totus uenter uidebatur. Sibi lineam togam, uolarum colore, super breuem tunicam, smaragdino colore, fabularibus operibus pictam ex argenteo filo induerat. Croceos perones intus coactis extraque aureatis clauis ornatos calcearat. Adeo superbi et opulenti liberti speciem redolebat ut incredibile esset talem uirum gladiatorem fuisse.

Ego uero Myrrinam iterum oculis lustrabam. Illa et Eros frater, Roma proximo mense abierant quia Tiburtius Dexter, qui puero morem gerere solebat, passus erat ut aetuos menses in Tusculano consumerent. Myrrinam nimirum abs me abesse aegre ferebam, etsi Photis Venerea certamina libentissime et arte sustinebat. Cordi tamen Myrrina mihi erat. Quae puella lucidam munditie et candore pallam summis genibus succinxerat et ab anulo fratris stabat. Sed tam lento et longo iactantique itinere corpora nostra rupta erant ut in solio aquae calidae membrorum mobilitatem peteremus.

Cum lauti et in uentrem proni inter manus aliptae essemus, Hierocles, domini iussu, ad nos uenit atque Dexter statim, seuerissimo uultu et maxima uoce, exclamauit:

– Hierocles, Florinus praesens te accusat quod ei capitales minas, posteaquam oues tres iugulaueras, iactaueris. Praeterea satis audax fuisti qui intra uinea iugera terminum quindecim passus moueres. Probabiles rationes cedo!

Libertus tali accusatione subinde palluit et balbutiuit. Nihil admodum hanc rem mente capiebat et affirmabat se, per deos immortales, omnium innocentissimum esse et numquam talia facinora ausum esse.

– Falsa dicis! Florinus clamauit, Hierocles fallacia permotus. Libri et industrii ciuis fides contra ignobilis liberti nequitiam agitur! Verum dic, Hierocle! Iuppiter fulmine te percutiat, si in falsis perseueres.

Pinguis libertus, omni superbia amissa, praecipitem humi se deiecit et, ridiculum uisu, quasi uelamentorum acruus tremoribus concussus Dextri tutelam, patrocinium, praesidium implorabat aduersum istum Florinum qui ei male uolebat. Non tantum

étaient ornées de pendeloques lourdes et grandes, son front et son crâne nus et brillants, une tenue en rien paysanne mais à la dernière mode. Mais par dessus tout, ce presque vieillard, qui allait sur ses cinquante cinq ans, ne semblait être qu'un ventre. Il avait mis une toge en lin, de couleur violette, brodée de motifs mythologiques en fil d'argent, sur une courte tunique émeraude et s'était chaussé de bottes fourrées de feutre et ornées à l'extérieur de clous d'or. Il laissait dégager une apparence d'affranchi si fier et si riche qu'il était impensable qu'un tel homme eût pu être gladiateur.

Je reluquais de nouveau Myrrina. Elle est son frère Éros, avait quitté Rome le mois dernier parce que Dexter, qui cédait tout au gamin, leur avait permis de passer les mois d'été à la propriété. Pour sûr, je supportais mal l'absence de Myrrina, même si Photis s'adonnait très volontiers et avec art aux choses de Vénus. Mais mon cœur était à Myrrina. La jeune femme avait attaché haut sa palla brillante de propreté et de blancheur, qui lui tombait au sommet des genoux. Elle se tenait à gauche de son frère. Mais le lent et long voyage qui nous avait secoués avait tant rompu nos corps que nous cherchâmes à recouvrer la souplesse de nos membres dans un bain d'eau chaude.

Alors que lavés et allongés sur le ventre, nous étions entre les mains du masseur, Hiéroclès, sur l'ordre du maître, vint à nous. Dexter soudain prenant un visage très sévère cria d'une voix forte :

– Hiéroclès, Florinus ici présent t'accuse de l'avoir menacé de mort après que tu lui as tué trois brebis. En outre tu osas même déplacer une borne de quinze pas dans les arpents de son vignoble. Donne-moi des raisons valables.

L'affranchi pâlit et balbutia d'un coup à une telle accusation. Il n'avait jamais eu de telles intentions et assurait, par les dieux immortels, qu'il était le plus innocent de tous et qu'il n'aurait jamais osé de tels forfaits.

– Tu mens ! s'écria Florinus affecté par les tromperies de Hiéroclès. Il s'agit de la foi d'un citoyen libre et travailleur contre la mauvaise foi d'un affranchi de basse naissance. Dis la vérité, Hiéroclès ! Que Jupiter te foudroie si tu continues à mentir.

Le gras affranchi, ayant perdu toute sa superbe, se jeta tête la première par terre et, ce

innocentem se dicebat sed etiam præter exspectationem perseuerabat.

– Patrone, patrone, inquit Hierocles, τοῦ Διὸς fulmen testor et τοῦ Ποσειδῶνος tridentem, Florini oues non iugulaui nec terminum loco moui neque ei male locutus sum. Numquam, di immortales, ei minatus sum!

– Bene, Tiburtius inquit, tibi credo. I et cenam præpara!

Sed Florinus in subsellio paulum resurgens uociferatus est:

– Qua re, Dexter, credere nefario liberto audes? Et ego te nomine honestum esse suspicabar. Si summum scabis, naturam restituis! Nimis patiens fui sed, di uestram fidem! nunc te in ius uocatum eo. Fortasse litem obtinebo. Audaces, quod aiunt, Fortuna iuuat.

– Iram tuam depone! inquit sedato animo Tiburtius. Fidem tibi do! Nocentis nomen cras mane patefaciam.

Sciebam dominum enim sollertissimum esse ut ante omnes, quæ iudicio et consilio suo permissa essent, intelligeret. Fortasse uerum iam dispexerat ut grandi subrisu, qui barbam arte cæsam diffindebat, atque oculorum flagrantia, quæ in pupillis coruscabat, ego conieci. Haud parum enim fretus eram me Tiburtio participem conclusionum esse. Namque cum Hierocles innocens esset, ut mihi confirmauerat dominum Hierocli iubere ut cenam præpararet, pastor erat nocens ille. Itaque non potui me tenere quin in controuersias me immiscerem.

– Florine, inquam ad colonum Tusculanum subiratum, memento rationum mearum de pastore tuo. Fuit solus qui uideret uirum oues tuas iugulantem. Hic autem ouium interfector illi dixerit se Hieroclen esse, cum et uolumen et gladium daret.

– Quem gladium? Tiburtius me interpellans rogauit. Quemne gladium dicis?

– Papæ! Meridie, cum ad prandium te exspectaremus, Florinus indicium antiquissimum professus est. Mihi enim dixit pastorem Capenatem credidisse Hieroclen interfectorem esse, aspectu gladii signati Hieroclis nomine.

qui prêtait à rire, tas de voiles secoué de tremblements, il implorait l'aide, la protection, le secours de Dexter contre ce Florinus qui lui voulait du mal. Non seulement il se prétendait innocent mais, contre toute attente, il persévérerait.

– Maître, maître, dit Hiéroclès, j'en atteste le foudre de Zeus et le trident de Poséidon, je n'ai pas égorgé les brebis de Florinus ni déplacé une borne et je n'ai dit aucun mal à son encontre. O dieux immortels ! je ne l'ai jamais menacé !

– C'est bien, je te crois, dit Dexter. Va préparer le dîner !

Florinus se relevant sur son banc s'écria :

– Pourquoi oses-tu croire en ton maudit affranchi ? En fait je ne te soupçonnais d'être honnête que de réputation. Grattez la surface et le naturel apparaît. J'ai trop attendu, par les dieux ! je vais te convoquer en justice. J'obtiendrai peut-être gain de cause. La chance, dit-on, sourit aux audacieux.

– Tout doux ! lui dit Tiburce calmement. Je te donne ma parole. Demain matin je dévoilerai le nom du coupable.

Je savais mon maître assez intelligent pour comprendre avant tout le monde ce qu'on soumettait à ses jugements et réflexions. Et peut-être avait-il déjà bien vu la vérité comme me le faisait conjecturer le large sourire qui lui fendait la barbe bien taillée et l'éclat de ses yeux qui miroitait dans ses pupilles. Et je n'étais pas peu fier de partager avec lui ses conclusions. Car si Hiéroclès était innocent, comme me l'avait confirmé qu'on lui eut ordonné de préparer le dîner, le pâtre était le coupable. Je ne pus m'empêcher d'intervenir.

– Florinus, dis-je au colon de Tusculum fâché, souviens-toi de mes idées sur ton pâtre. Il a été le seul à voir l'homme qui a tué tes brebis. Or ce tueur de brebis lui aurait dit être Hiéroclès pendant qu'il lui donnait son rouleau de papyrus et son épée...

– Une épée ? demanda Dexter en m'interrompant. De quelle épée parles-tu ?

– Pardi ! Ce midi, quand nous t'attendions pour déjeuner, Florinus m'a avoué un renseignement très important. Il m'a dit que le pâtre de Capène avait cru que le tueur était Hiéroclès à la vue de l'épée marquée du nom de Hiéroclès.

– Festinemus! inquit dominus præter expectationem, priusquam admodum noctescat.

Ego et Florinus insecuti sumus Tiburtium, qui usque ad terminum paulum inferius in uineto aliquantulum confuso ac perturbato positum progressus est, atque, cum eo peruenimus, uidi Dextrum metum suum soluentem sedantemque nam, ut spem tenerat, terminus mediis uineis stabat.

– Res est in discrimine, nobis inquit. Sed fidem meam obligauit. Inde nocentis nomen, ut promissum seruem, in crastinum patefaciam.

– Sed, inquit Florinus, si Hierocles innocens est, sicut credere uideris, quis fecit?

– Pastor scilicet est! inquam ratione mea contentus.

Tum Tiburtius Dexter illos magnos risus fudit, quibus adeo mentes minus acutas quam suam reprehendere solebat ut uerecundia ruberem.

– Pastor, pastor, inquit cachinnos tollens, nimis ridicule dixisti. Agedum, mi Stolo, cura ut dumtaxat in pugillaribus tuis gesta mea insculpas. Sed, carissimi mei, ad cenam eamus! nam delectas escas, quas nobis ancillæ ministraturæ sunt, iam olfacio.

Florinus tam in lecto suo trepidabat ut quem ad deum confugeret nescire uideretur. Cum Tiburtius plenum optimi Falerni calicem ad os appelleret, ad eum dixit:

– Hac nocte, quam luna pæne increscens parum illustrat, timeo ne tibi periculosum sit in domum tuam redire itaque te rogo ut sub tecto meo dormias.

– Eccere, muttit Florinus, ut Hierocles tuus, dum somno me do, me necatum ueniat! Tu certe eum innocentem credis, quamquam nescio quo pacto, sed ego pereundo maturius quam fato meo nocentiam eius confirmare nolo! Fac, sis, me comitetur par calorum uel baiolorum uel satellitum, quoniam uillula mea tantum quinque stadia abest. Sic, cælo albente, in iudicem ibo ut uideamus uter nostrum litem obtineat. Vale!

Postea colonus Tusculanus, multa nocte et parum manifesta luna, uillam Dextrii dereliquit et a duobus agasonibus comitatus est, qui ambo ualidi tamquam Orcus erant, Vitalis et Valens nomine, uterque tela et faces ferebant.

– Dépêchons-nous! fit mon maître contre toute attente, avant qu'il fasse vraiment nuit.

Florinus et moi-même suivions Tiburce, qui avança jusqu'à la borne posée un peu plus bas dans le vignoble quelque peu mis en désordre et comme nous y arrivions je vis que Dexter avait laissé tomber sa crainte puisque, comme il en avait gardé l'espoir, la borne se tenait droite au milieu des vignes.

– L'affaire est à son point critique nous dit-il. Mais j'ai donné ma parole. Je dévoilerai demain le nom du coupable comme promis.

– Mais, dit Florinus, si Hiéroclès est innocent, comme tu sembles le croire, qui a fait ça?

– Le pâtre, bien sûr! Dis-je satisfait de mon raisonnement.

Alors Dexter partit de ce fou rire dont il gratifiait habituellement les esprits moins affûtés que le sien au point que je rougis de honte.

– Le pâtre, le pâtre, dit-il mort de rire, comme tu es drôle. Allons, mon bon Stolon, occupe-toi seulement de prendre en notes sur tes carnets mes faits et gestes. Chers amis, allons dîner! Je sens qu'on va nous servir des plats exquis.

Florinus bougeait tellement sur son lit qu'il semblait ne pas savoir à quel dieu se vouer. Comme Dexter approchait de sa bouche une coupe pleine du meilleur Falerne, il dit:

– La lune à peine croissante éclaire peu, et je te crains en danger si tu rentres chez toi par cette nuit. Je te propose de dormir sous mon toit.

– C'est ça, pour que ton Hiéroclès vienne me tuer pendant mon sommeil. Toi, je ne sais pas pourquoi, tu le crois innocent, mais moi je ne veux pas prouver sa culpabilité en mourant avant mon heure! Fais-moi accompagner par une paire de valets, de portefaix ou de gardes du corps. Ma fermette n'est éloignée de la tienne que de cinq stades. Et, à l'aube, j'irai voir un juge et nous verrons qui de nous deux gagnera le procès. Salut!

Ensuite le colon de Tusculum quitta la ferme de Dexter en pleine nuit sous une lune peu visible, accompagné de deux palefreniers, Vitalis et Valens, tous deux aussi forts qu'Orcus. Ils portaient des armes et des torches.

– Domine, inquam, fateor me nihil intelligere. Te uideo hilarum, iocosum, subridentemque cum Florinus ille immodice tecum agat et litem tibi intendat. Qua re, mehercle, ex Hierocle et ex pastore quæstionem non habuisti? Haud dubium est quin inter supplicia alteruter crimen agnoscat.

– Aut uterque idem crimen agnoscant! Minime gentium, Stolo! Supplicio admodum repugno. Omnia enim tortoris plagis confectus et cruentis uibicibus corpus coopertum confitearis. Qua re autem supplicium sumam de Hierocle cum innocens sit?

– At, domine, quomodo id tantum affirmare potes?

– Volumen, inquit, uolumen, mi Stolo, argumentum ad probandum firmum est.

Vt pugil, naribus contusis et lateribus diruptis, paruulum spiritum haurire experitur, ad uoces Tiburtii stupebam namque plane ignorabam quorsum me ducere uellet.

– Quid? Volumen? inquam eum interrogans.

– Postquam Florinus, inquit Dexter, uolumen mihi ostendit in quo minaces lineæ scriptæ sunt, pro certo habui Hieroclen extra culpam esse. Hic enim Latine scribere nescit et incommodius lingua nostra loquitur quam ut datiuo casu utatur cum maxime pro uirili parte præpositione utitur. Hierocles autem dicat “Agrum concede, Florinus, ad fortiorem uirum...” ceteroquin uerbum “patrimonium” male sonabat. Qui enim hoc scripsit, is Hieroclen fundi dominum existimabat. Sed tantum meum prædium, cum Florinum exspoliasset, auxisset.

Numquam, nisi me in tale facinus implicare uoluisset, talia scripsisset. Memento, mi Stolo, uerborum a Florino dictorum: “Cui enim prodest nisi tibi?” quæ etiam, dum me digito monstrat, dixerat. Non tantum apparuerat Hieroclen nihil obtinere ex minationibus contra colonum Tusculanum, sed etiam, periculo suo, in cruciatum dari.

Præterea, cum me iratissimum ei simulau, quid miser Hierocles terrore captus et impos sui clamauit? Quid? Memento! Hierocles dixit se non Florino male locutum esse nec umquam ei minatum esse! At tamen, non eo loco locutus erat ut nos id celaret quod minas scripsisset, hic autem minas scriptas esse se nescire mihi statim uisus est.

– Seigneur, dis-je, j’avoue n’y rien comprendre. Je te vois hilare, joyeux, souriant alors que Florinus te traite sans retenue et te menace d’un procès. Mais, par Hercule, pourquoi n’as-tu pas fait passer Hiéroclès ou le pâtre à la question ? Il n’est pas douteux que dans les supplices l’un ou l’autre reconnaisse son crime.

– Ou les deux reconnaissent le même crime. Le moins du monde, Stolon. Je me refuse à user de la torture. Tu avoues tout sous les coups du bourreau, ton corps couvert de flétrissures ensanglantées. Et pourquoi ferais-je torturer Hiéroclès alors qu’il est innocent ?

– Mais, seigneur, comment peux-tu seulement l’affirmer ?

– Le papyrus, dit-il, le papyrus, mon bon Stolon, voilà une preuve certaine.

Comme un boxeur, nez écrasé et côtes rompues, qui essaie de retrouver son souffle, j’étais abasourdi par les mots de Dexter. Je ne voyais pas où il voulait me mener.

– Quoi ? Le papyrus ? fis-je interrogatif.

– Quand Florinus m’a montré le papyrus sur lequel étaient écrites ces lignes de menaces, j’étais sûr de l’innocence de Hiéroclès. Il ne sait pas écrire en latin et il parle trop imparfaitement notre langue pour utiliser un datif là où il utilise avec ses moyens une préposition. Hiéroclès dirait « Agrum concede, Florinus, ad fortiorem virum... » et du reste le mot patrimoine sonnait mal. Qui a écrit ceci, pensait que Hiéroclès était propriétaire. En dépouillant Florinus, c’est ma propriété qu’il aurait agrandie. Jamais il n’aurait écrit de telles choses sauf s’il avait voulu m’impliquer dans une telle affaire. Stolon, souviens-toi des mots de Florinus : « À qui cela profite-t-il sinon à toi ? » disait-il en me montrant du doigt. Il m’était apparu que Hiéroclès n’obtiendrait rien des menaces contre le colon de Tusculum et même qu’il risquait la croix. Et puis quand j’ai feint la colère qu’a crié le pauvre Hiéroclès terrorisé et plus maître de lui ? Qu’a-t-il crié ? Souviens-toi ! Il a dit qu’il n’avait rien proféré contre Florinus et qu’il ne l’avait pas menacé. Et pourtant il n’était pas dans un état pour me cacher que ses menaces auraient été écrites, j’ai tout de suite compris qu’il ne savait pas que les menaces étaient écrites.

Bref, la preuve absolue est que Hiéroclès ne sait pas écrire en latin. Mais toi qui sais tes lettres, avoue que l’auteur des lignes

Ne plura dicam, argumentum ad probandum est Hieroclen latine scribere nescire. Tu uero, qui litteras tuas scis, fatere auctorem linearum a puero Latine scripsisse! Etenim manum suam in uolumine cursim duxit neque imperiti uel annosi hominis, qui sero litteras Latinas didicisset, scriptura fuit.

– Recte, inquam, domine, dicis et, incredibile dictu, ex his lineis tot indicia non uidi.

– Re uera, mi Stolo, quantum ego tantum tu minusculam uelocem manum uidisti. Ex quo tamen nihil coniecisti. Sed nunc sero est et iam tempus est dormitum adire. Cras albente cælo expergefacito!

Hac nocte, haud æquam mentem seruauit, namque maxime æstuosa secunda uigilia fuit atque adeo in coniecturis diei deorsum sursum æstuaui ut non somnum capere potuerim. Mediam sub noctem, Myrrina ad me nondum quiescentem uenit atque nos rebus Veneriis comiter dedidimus. Sensibus nimium cito sedatis et finibus mutuarum uoluptatum prospere adtactis, me in quietem somniorum mersurus sum, ubi in subiecto cubiculo sonitus fit surdus cum sublestissimo suspirio. Sed omnia tranquilla rursum facta sunt atque, grauibus palpebris compressis, arto somno tandem indulsi.

Cum ante lucem ex lectulo salirem et de conclauis exirem, Tiburtium in atrio uillæ iam togatum uidi Hierocli, in seruiendum inclinato, iubentem ut equos ad petoritum iungendos curaret.

– Festina Stolo! inquit Tiburtius mihi increpitans, ad Florinum accurramus! Spero nos tempore adituros et nocentem esse capturos.

In uehiculo sine mora ascendimus et, equis agitatibus, magno rotarum unguarumque strepitu, in uiam peruenimus et quam enixissime in Florini uillam uinetis circumdatam aduolauimus. Ut nauis rostro spumosas undas perfodit, ita ouille pecus metu exanimatum biga nostra aperuit.

– Noli desistere quin in cohorte Florini adsimus! aurigæ Dexter dictauit.

Vbi primum in cohortem uillæ introiuimus, uelociter in sordidum stramentum desiluimus de capso. Tum Dexter in fores uillæ irruit quas pugnis pulsauit. Vitalis autem agaso, qui in uilla Florini noctem exegerat,

écrit latin depuis l'enfance. Il a conduit rapidement sa main sur le papyrus, ce n'était pas l'écriture d'un malhabile ni d'un homme chargé d'ans qui aurait appris les lettres sur le tard.

– Tu dis vrai, seigneur, dis-je, et incroyable je n'ai pas vu tant d'indices dans ses lignes.

– En vérité, mon bon Stolon, tu as vu autant que moi cette écriture rapide et minuscule. Mais tu n'en as rien déduit. Il se fait tard et il est temps d'aller au lit. Demain debout à l'aube !

Cette nuit-là je n'ai pas gardé ma tranquillité d'âme car pendant la seconde veille il faisait très chaud et j'étais agité en tous sens par mes conjectures au point que je ne pouvais m'endormir. Vers minuit, Myrrina vint me rejoindre alors que je n'étais toujours pas endormi et nous nous livrâmes tranquillement aux plaisirs de Vénus. Les sens trop vite apaisés et le terme d'un plaisir partagé atteint, j'allais me plonger dans le repos des rêves quand dans la chambre voisine se fit un bruit sourd avec un très léger soupir. Puis tout redevint calme, et, paupières lourdes, je m'abandonnai à un profond sommeil.

Avant le jour je sautai du lit et sortis de la chambre, je vis Dexter déjà en toge dans l'atrium de la ferme ordonner à un Hiéroclès, courbé de servitude, de faire atteler les chevaux au char.

– Dépêche-toi, Stolon ! Courons chez Florinus, me dit Tiburce. J'espère que nous arriverons à temps et prendrons le coupable.

Nous grimpons dans le char sans retard et, les chevaux lancés, nous arrivâmes sur la voie dans un bruit de roues et de sabots. Nous volions le plus rapidement possible vers la ferme de Florinus entourée de vignes. Comme le vaisseau fend les eaux écumantes de son éperon, ainsi notre attelage fendit un troupeau de moutons apeuré.

– Ne t'arrête pas avant que nous soyons dans la cour de Florinus ! dit Dexter au cocher.

Dès que nous entrâmes dans la cour de la ferme, nous bondîmes hors du char sur le sale revêtement de paille. Dexter courut à la porte de la ferme qu'il frappa des poings. Vitalis le palefrenier, qui avait passé la nuit dans la ferme de Florinus, ouvrit de l'intérieur. Il y eut cri et affliction. Soudain les habitants de la ferme fuirent de toute part, réveillés à l'impro-

intrinsicus aperuit. Mæror et uociferatio fit. Villæ subinde inhabitantes quoquouersus effugerunt, cum de improviso expergefacti, tum a latronibus et sicariis incauti, incredibile uis! quamuis non securæ essent tempora. Dum hæc geruntur, ex aliquo cubiculo in proximam compluuii pilam decurrentem, tam ualidum uirum quam exercitatum usu luctationis athletam, cuius in dextra cruentus sanguine gladius micabat, in caligine primi diluculi conspexi. Sed Tiburtius, qui in togam gladium abdiderat, eum occulte exemit atque, ense prælato, ab hoste cauit.

– De te male fiet, inquit magna uoce Dexter, nisi mihi te dedideris! Etenim tribunus militum fui et dimicationis peritissimus sum.

Sed nequam iste ad eum processit, dum minacem gladium largissime et creberrime circumfert, ut, Tiburtio uolente nolente, ferro uiam faceret. Postquam C. Dexter hostis impetus deuitauit, inuicem se in eum iniecit, quem punctim ferire posset. Latere non dubie perforato, non modo articulo mortis truculentus homicida sibi circumuolutus est, uerum etiam plane mortuus in cauædii impluuium totam corporis exanimi longitudinem immersit.

– Huic rei tandem finem feci! inquit Dexter dum gladium deterget. Nonne hanc celerrime temperaui? Nunc uideamus num consilia nostra prospere processerint.

Cum in paruulum et fenestris uacuum cubiculum Florini ingrederemur, ubi, pauore remisso, aliquis famulus nos comitatus est qui lucerna tremulo igniculo ardente lodicem illuminauit per quam sanguinea macula paulatim dispanendi non desinebat. Vnde tamen intellexi qua re consclerati uiri gladius sanguine cruentus fuisset.

– Ne tam tremebundus fueris, mi Stolo, inquit Dexter mihi subridens dum, amplo manus motu, instragulum adtrahet. Non Florini corpus illud erat, uerum subter stragulo abrepto uini utrem magno foramine sectum oculis uidi.

– Domine, sis, mihi dic quis homo sit quem expeditius de medio sustuleris? Vario enim animo nesciebam utrum riderem an flerem.

– Nocentem ipsum de medio sustuli, mi Stolo, Lucanum Ardeatem.

viste, vulnérables aux brigands et aux assassins, c'était incroyable ! tant l'époque n'était pas sûre. Sur ces entrefaites, j'aperçus dans le brouillard du jour naissant bondir hors d'une chambre vers le plus proche pilier du compluuium un homme aussi costaud qu'un athlète exercé à la lutte, il faisait briller dans sa main droite une épée ensanglantée. Dexter qui avait caché une épée sous sa toge la sortit subrepticement puis, pointe en avant, se mit en garde.

– Il t'arrivera malheur si tu ne te rends pas, dit à forte voix Dexter. J'ai été tribun militaire et je suis très habile au combat.

Mais le vaurien s'avança en faisant de nombreux larges cercles avec son épée menaçante pour se faire un passage, que Dexter le veuille ou non. Dexter évita l'assaut de son ennemi, puis à son tour se fendit et le frappa d'estoc. Il lui avait percé le côté, c'était sûr, et le redoutable meurtrier à l'article de la mort fit un tour sur lui-même puis tout à fait mort plongea, corps sans âme, de tout son long dans l'impluuium de l'atrium.

– Voilà, j'ai apporté un terme à cette affaire, dit Dexter en nettoyant son épée. Ne l'ai-je pas promptement réglée ? Voyons si nos plans ont eu leur succès.

Comme nous entrions dans la petite chambre sans fenêtre de Florinus, où un serviteur, ayant surmonté sa peur, nous accompagna. Avec sa lanterne qui brûlait une petite flamme tremblante il éclaira la couverture du lit, à travers laquelle une tache de sang ne cessait de s'étendre. Je compris pourquoi l'épée du scélérat avait été couverte de sang.

– Ne tremble pas comme ça, mon bon Stolon, me dit Dexter tout sourire en retirant la couverture d'un vaste mouvement de la main. Ce n'était pas le corps de Florinus que je vis de mes yeux sous la couverture mais une outre de vin percée d'un large trou.

– Seigneur, s'il te plaît, dis-moi qui est l'homme que tu as si rapidement occis. Dans ma surprise je ne savais pas si je devais rire ou pleurer.

– Mon bon Stolon, j'ai occis le coupable lui-même, Lucanus d'Ardée.

Alors que les fleurs répandent leurs parfums dans le jardin de Tiburce, Dexter, Hiéroclès, le colon Florinus, qui avait entouré sa tête d'un linge, le tribun Messalinus, qui était venu avec des cavaliers rapporter au camp la dépouille de Lucanus, et moi-même nous

Dum flores in Tiburtii hortum Tusculanum odores dissipant, sedes in orbem circum mensam disposuimus, ego et C. Dexter et Hierocles et Florinus colonus, qui caput lana circumcinxerat, et Messalinus tribunus, qui cum equitibus, ut cadauer Lucani in castra referret, uenerat.

– Quæ res! inquit Hierocles contentus ut innocens sit.

– Ego uero primum omnium plagam capiti accepi, Florinus deplorauit.

– Nisi, inquit C. Dexter, quæ hodie mane tibi acciderent, præuenissem, perire potuisses. At tamen domi meæ ad tutam noctem te uocaueram. Quin accepisti?

– Quod feceris, Gaius, inquit Messalinus tribunus militum, te laudo. Quo modo, mihi dic, Lucani scelerati molestissima furta, cum præsertim eum a multis annis insequamur, tam expedite cohibere potuisti?

– Heri, tertia hora in Forum Vlpium adiui namque e Florini uerbis temporum præteritorum memineram. Etenim, annis uiginti fere intermissis, pater ædilis creatus gladiatorum munera dederat, in quibus Hierocles a Seuero Alexandro Augusto rudem accepit. Sed die illa, ut commemini, gladiatores duo erant qui rudem suam acciperent. Hierocles quidem secutor sed quoque aliquis gladiator qui tum maxime laudabilis retiarius fuit. Sed, quia nominis eius, tantis annis post, oblitus sum, adire ad Bassum institui. Vt omnes uos scitis, non tantum secutor cum retiario ualde congruens est, quo ex gladiatorum pare maximæ uoluptates sæpissime eduntur, sed etiam, die illa, quæ spes a famosissimis Hierocle secutore et hoc retiario esset mente concipere permitto. Itaque apud Bassum fui qui ex capsis et scriniis dimicationis memoriam petam. Et pugnae uestigia, libellum et codicillos et tesseras, di boni, inuenire potui!

– Μὰ τὸν κύνα!, inquit Hierocles sermone Latino corrupto, in mente mea non est lac cum lacte similis quam heri et hodie, tantum his de omnibus rebus memor sum etiam nunc! Lucanus minor quam sum ego est, ergo uiginti annis ante magis alacer uegetusque erat insuper. Quamquam sient, inter nos sic erant omnia, id est in Lucano iunior iuuenta et uelocior uelocitas, at tamen quando res uenerat in manus, æquo cum Marte

disposâmes nos chaises en cercle autour d'une table.

– Quelle affaire ! dit Hiéroclès content d'être innocent.

– Ouais ! moi, avant tout, j'ai pris un coup sur l'occiput, se plaint Florinus

– Si je n'avais prévu ce qui t'arriverait ce matin, dit Dexter, tu aurais pu être tué. Et pourtant je t'avais invité à passer une nuit sans risque chez moi. Que n'as-tu accepté?

– Je te félicite, Caius, pour ce que tu as fait, dit Messalinus le tribun militaire. Mais dis-moi comment as-tu pu si vite empêcher les pires forfaits du criminel Lucanus, alors que nous nous le recherchions depuis de nombreuses années ?

– Hier, à la troisième heure je me suis rendu au Forum de Trajan parce que je me ressouvenais du passé à partir des mots de Florinus. En effet, il y a presque vingt ans, mon père élu édile avait donné un combat de gladiateurs, parmi eux Hiéroclès reçut son bâton de liberté de l'empereur Sévère Alexandre. Mais ce jour là, comme je m'en suis souvenu, deux gladiateurs reçurent leurs bâtons de liberté. Hiéroclès le secutor certes, mais aussi un gladiateur qui alors était un rétiaire célèbre. Or comme j'avais oublié son nom, après tant d'années, je décidai de me rendre chez Bassus. C'est un secret pour personne, non seulement le secutor est très bien apparié au rétiaire, on tire très souvent de cette paire de gladiateurs les plus grands plaisirs, mais aussi je me permets d'imaginer quelles espérances on attendait de Hiéroclès le secutor et de ce rétiaire tous deux célèbres. C'est pourquoi je m'en fus chez Bassus où je trouverai des souvenirs de ce combat parmi ses boîtes et ses tiroirs. Et, mes dieux, j'ai pu trouver des traces de ce combat ! un programme, des tracts et des billets.

– Μὰ τὸν κύνα, deux larmes de lait ne sont pas plus semblables entre elles que hier et ce jour tant je suis encore maintenant à me souvenir de tout cela dans mon esprit, poursuivit Hiéroclès dans son mauvais latin. Lucanus a moins d'âge que moi et, il y a vingt ans, il était plus alerte et plus vif. Quoi qu'il en soit tout était ainsi entre nous, c'est-à-dire chez Lucanus un jeunesse plus jeune et une rapidité plus rapide, mais pourtant quand l'affaire en vint aux mains nous luttions avec égalité et après une demie heure nous étions toujours ex

pugnabamus, et dimidiam post horam in æquo proelio semper eramus! Totus tum populus magnos plausus et clamores ex lætitia et epainos misit. Imperator ipse ergo ad proelium nostrum finem facere bene uoluit. Ita, $\mu\alpha\ \tau\omicron\nu\ \chi\acute{o}\nu\alpha$!, inter nos brachis complecti coepimus et strictim intexti integrum circuitum Circi fecimus in talibus ululatus et clamoribus quam nos surdescere crederemus. Tum arma, inter nos, alter cum altero commutabamus. De hoc die, $\mu\alpha\ \tau\omicron\nu\ \Delta\acute{\iota}\alpha$, Lucanus gladium meum, et nomine meo signatum, habuit.

– Sed res Lucano, inquit C. Dexter Hieroclen interpellans, longe secus quam meo Hierocli cesserunt. Etenim, posteaquam Romæ in uariis sed magis minusue honestis sordidisque negotiis uersatus erat, in pessima latrocinia plane se mersit. Breui cateruæ dux factus est. Cui, uæ nobis! præsertim in Campania Latioque prædari placuit. Inde citissime uniuersi latifundiorum domini istum ualde timere. Ne plura, Latii fax iste factus est. Hoc internundino tenui! Namque, mi Messaline, istum tandem insequi potuisti cui admodum fugienti absolutam cruentamque cladem adtulisti... sed nequam iste superfuit et manubiis opimus cum paucissimis comitibus in Montem Albanum, te cogente, confugit. Non abhinc... quem coercitum in quodam antro eatenus cohibuisti.

– Heil satis scio, inquit ægre ferens Messalinus militum tribunus, has præfecti et angusticlauiorum exprobrationes ut euerriculum meum sit inane. Me latrones nequicquam uicisse dictitant namque, cum uictor sim, inuitus prædam meam amisi. Lucanus enim non solum incolumis sed etiam manubiis onustus fugere potuit. Quamquam totos uallis sinus et omnia Montis Albani caua scrutatus sum, neminem inuenire potui, nisi ultimos Lucani socios, qui ex proelio apud Bolam superfuerant et cum duce suo fugerant. Qua ex inquisitione tamen cernere potui ultimos et proximos Lucani socios tres fuisse. At, pro di immortales! facies uniuscuiusque prædonis mortui obtrita erat.

– A principio, inquit C. Dexter, suspicatus sum in uineas tuas, Florine, aliquid esse infossum. Sed pro tempore et pro re is uir solus et fugiens egit. Sic procul dubio rerum series euoluitur. Primo post cladem apud

æquo. Alors tout le public nous fit grands applaudissements, poussa cris de joie et cria des bravo ! L'empereur icelui-même se fit bienveillant de mettre fin à notre combat. $\mu\alpha\ \tau\omicron\nu\ \chi\acute{o}\nu\alpha$, nous nous mîmes à nous enlacer et ainsi étroitement embrassés nous fîmes un tour complet du Cirque sous de tels hurlements et cris qu'on aurait cru devenir sourds. Alors nous nous échangeâmes nos armes. Depuis ce jour, $\mu\alpha\ \tau\omicron\nu\ \Delta\acute{\iota}\alpha$, Lucanus a eu mon épée marquée à mon nom.

Caius Dexter interrompt Hiéroclès et dit :

– Mais pour Lucanus les choses ont tourné autrement que pour mon cher Hiéroclès. Après qu'à Rome il eut fait des affaires plus ou moins honnêtes et sordides, il se plongea dans les pires rapines. Il devint rapidement chef de bande. Et il lui plut, malheur!, de mettre à sac surtout le Latium et la Campanie. Rapidement tous les propriétaires de domaines de le craindre. Bref, il devint le fléau du Latium. Jusqu'à la dernière nundine. Car, mon cher Messalinus, tu as enfin pu le surprendre alors qu'il fuyait et le vaincre en un combat meurtrier... mais ce vaurien a survécu et chargé de son or se réfugia sur le Mont Albain avec fort peu de compagnons, sous ta contrainte. Pas loin d'ici... tu l'as contenu jusqu'ici enfermé dans quelque repaire.

– Hélas ! dit tristement le tribun militaire Messalinus, je connais suffisamment les reproches du préfet et des angusticlaves ; mon coup de balai serait vain. Ils disent partout que j'ai vaincu les bandits pour rien, puisque vainqueur j'ai laissé échapper ma proie. Lucanus est non seulement sain et sauf mais il a pu fuir avec son butin. Quoique j'aie fouillé toutes les anfractuosités de la vallée et toutes les cavernes du Mont Albain, je n'ai pu trouver personne, sauf les derniers complices de Lucanus qui avaient survécu à la bataille de Bola et s'étaient enfuis avec leur chef. De ces investigations j'ai pu découvrir que les derniers complices de Lucanus étaient trois. Mais, par les dieux immortels, le visage de chacun de ces bandits morts était défoncé.

– Depuis le début, dit Dexter, j'ai suspecté que quelque chose avait été enterré dans tes vignes, Florinus. Cet homme a agi seul et en fugitif conformément au temps et aux circonstances. Sans aucun doute les choses ont dû se dérouler ainsi. D'abord après la défaite

Bolam Lucanus Ardeas cum ultimis sociis tribus in unum montem noctu adigit, dein ultimos socios suos ne manubias distribueret necavit quibus facies detorsit ne quis eos agnoscere posset, postid, quando iam nox sine luna imminebat, in uinetu tuo aurum infodit et, quo facilius latebras reperiret, eo propinquum terminum movit.

– Quid autem, inquit Florinus, iste me fallendi consilium cepit ut ei Hieroclen supponerem?

– Quoniam iste diligentes ac strenuas inquisitiones, quæ te in pecuniam tectam ducere poterant, de termino depellere cupiebat, ita tibi illudere conatus est ut limitationis negotium tibi exhiberi putares. Et, ut conicio, fraus prospere euenit nam terminum ex loco motum quam Hieroclis minas minoris momenti fuisse putauisti, qui sine mora iudices de causa docere cogitabas. Quæ enim cunctatio Lucano salutis fuit, qui, cum Messalinus in locos perscrutandos toto animo incumberet, nimis in angustiis erat.

– Vter uero, inquit Florinus, obuiam pastori meo iuit, Lucanusne an Hierocles?

– Lucanus profecto! inquit C. Dexter. Iste enim eo expeditius pastorem ludificatus est quod miser ille, a Capena oriundus et abs te recentius conductus, neutrum nouerat.

Florinus subito tussire coepit et suppressa uoce:

– Et me, inquit, sacerrimus homo ludificatus est! Quam iratus et furore impellebar postquam et uolumen et gladium uilici tui nomine signatum habui! Cuius, mehercle, nomen nisi Hieroclis oculis meis uideram? Profecto nocentis nomen et patronum noueram itaque, omnibus rebus omissis, domum tuam adiui ut impetrarem.

– Aequum, inquit misericors C. Dexter, erat te sic facere.

– At domine, inquam pertinacius opinione, quemadmodum pro explorato habuit pastorem peregrinum et a Florino uix dum conductum fuisse? Tanta enim, credo, audacia parum effecisset si in aliquem incidisset qui Hieroclen facie nouisset. Nonne sibi ipsi periculum conflauisset?

– Quibus ex indicis, mi Stolo, conici potest quis peregrinus uel aduena sit? Certum saltem est mihi e cunctis agricolis hunc pastorem tanquam testem et nuntium non

de Bola Lucanus d'Ardée a atteint le Mont Albain avec ses derniers complices, puis il les tua pour ne pas partager le butin, et les défigura pour qu'on ne puisse les reconnaître, puis, alors qu'une nuit sans lune allait tomber, il enfouit son or dans ton vignoble et pour plus facilement retrouver la cachette il y déplaça la borne la plus proche.

– Mais, demanda Florinus, pourquoi ce type a-t-il décidé de me tromper en voulant que je le prenne pour Hiéroclès ?

Puisque ce brigand désirait éloigner de la borne de rapides et pressantes recherches qui pouvaient te mener vers son trésor caché il était contraint de te berner afin que tu t'estimes entraîné dans une affaire de bornage. Et, à ce que je vois, la ruse a bien fonctionné car tu as pensé que le déplacement de la borne avait moins d'importance que les menaces de Hiéroclès. Tu songeais déposer une plainte en justice sans attendre. Et ce délai fut salutaire à Lucanus qui était aux abois pendant que Messalinus mettait tout son cœur à fouiller les lieux.

– Mais qui de Lucanus ou de Hiéroclès alla à la rencontre de mon pâtre ? demanda Florinus.

– Lucanus, bien sûr, dit Caius Dexter. Ce vaurien se joua d'autant plus aisément du pâtre que le pauvre ne connaissait ni l'un ni l'autre, puisqu'il était originaire de Capène et trop fraîchement engagé par toi.

Florinus soudain se mit à tousser et dit à voix basse :

– Ce maudit coquin s'est aussi joué de moi ! Comme je fus colère et fureur quand j'eus en main le rouleau de papyrus et l'épée ! Et le nom de qui, par Hercule, je voyais de mes yeux sinon celui de Hiéroclès ? C'était sûr, je connaissais le nom du coupable et son maître, voilà pourquoi, toutes affaires cessantes, je suis allé chez toi chercher réparation.

– Il était normal que tu agisses ainsi, fit Dexter compatissant.

– Mais seigneur, fis-je avec plus d'entêtement qu'on penserait, comment avait-il pu savoir que le pâtre était étranger et venait d'être embauché par Florinus ? Une telle audace, j'imagine, n'aurait pas fonctionné s'il était tombé sur quelqu'un qui aurait connu Hiéroclès de visage. Ne se jetait-il pas dans la gueule du loup ?

temere a Lucano electum esse. Fortasse enim de specula sua siue eum primo conductum siue locorum imperitum uidit. Fabula optime acta erat! et suspiciones a termino auersæ...

– Nunc demum, inquit Florinus, intellego! Hæc est ad terminum cursus causa, heri uesper! Re uera, num terminus intra uineas et aurum in latebris suis in tuto adhuc essent, cognoscere uolebas.

– Minus tamen, inquit C. Dexter, ea cognoscere deque eis certiorum factum esse quam Lucanum ipsum decipere atque in errorem, unde effugere non posset, impellere uolueram. Sic, pro Iuppiter, cum istum, tamquam murem in muscipula, factum latronum ducem, tum me latrunculis peritissime ludentem, perlibenter cogitabam. Mihi igitur properato opus erat! Nonne enim tibi fidem, ut nocentem hoc mane tenerem, meam dederam? E multis causis hunc sceleratum uirum propter esse atque e specula sua prædia nostra obseruare intellexeram. Quod si præterea Hieroclen in fallaciam implicitum uoluerat, gladio pastori dato, sub alieno nomine cædem exsequendi cupidissimus erat. Inde strenuus dolus meus! Heri sub uesperum in terminum non occulte sed palam irruimus ut, scilicet, Lucanus non procul ab auro tecto locum nos proculcantes uideret. Quod si mihi omnia liquere ignorabat, at tamen aurum suum detectum nolebat. Noctu, nulla mora interposita, Florino interfecto, rem apud iudices fore nosque eum persequi desituros esse speraret Lucano Ardeati licebat. Minaci enim uolumine et gladio nocentis nomine signato, optimus cædis reus Hierocles fuisset.

– Quidni, inquit Florinus subiratus, me uitæ periculo domum proxima nocte redire confessus es?

– Tu, memento Florine, hospitium meum declinauisti! At tamen, te inuito, salutis tuæ prouidere mihi libitum est. Certis imperatis datis, Valens et Vitalis robusti agasones tutelam tuam, quæ occipitio tuo, ueniam tuam impetrem! satis molesta fuit, gerere iussi sunt. Etenim, dum Valens improuiso fuste te contudit tecumque torpente in uillam meam redit atque in uicino Stolonis cubiculo te extendit, Vitalis ille in uillam tuam iuit et te apud me hac nocte mansurum tuis nuntiauit. Nihil pro ero suo

– Par quels détails reconnaît-on un étranger, mon bon Stolon, je ne puis le conjecturer. Mais au moins je puis être sûr que de tous les paysans Lucanus a choisi ce pâtre comme messenger et témoin sans se tromper. Peut-être depuis son repaire l'a-t-il vu prendre ses fonctions pour la première fois ou se montrer peu habitué des lieux. En tout cas la pièce était jouée et les soupçons éloignés de la borne...

– Je comprends enfin ! fit Florinus. Voilà la cause de la course vers la borne, hier au soir ! En vérité, tu voulais savoir si la borne était toujours dans mes vignes et le trésor encore en sûreté dans sa cachette.

– J'avais voulu moins les connaître ou en être assuré que de tromper Lucanus et de le pousser vers une erreur d'où il ne pourrait s'échapper, reprit Dexter. Par Jupiter, j'imaginai volontiers ce chef de brigands refait comme une souris dans une souricière et moi jouant avec grande habileté aux échecs. Il me fallait agir vite. Ne t'avais-je pas promis sur ma foi que j'aurais le coupable ce matin. De nombreuses raisons j'avais comprises que ce scélérat était à proximité et qu'il observait nos domaines depuis son repaire. Outre qu'il avait voulu impliquer Hiéroclès dans son piège, après avoir donné l'épée, il désirait vivement exécuter son crime sous un nom d'emprunt. D'où ma ruse énergique ! Hier au soir nous courûmes vers la borne ouvertement et bien visibles, évidemment pour que Lucanus nous voie fouler le sol non loin de son or. Car s'il ignorait que j'avais déjà tout compris, il refusait pourtant qu'on trouvât son or. Il était permis à Lucanus d'Ardée d'espérer que de nuit, sans perte de temps, après avoir assassiné Florinus, l'affaire irait en justice et que nous arrêterions de le rechercher. Hiéroclès était le coupable idéal, un rouleau de papyrus menaçant et une épée marquée à son nom.

– Pourquoi ne m'as-tu pas avoué que je retournais chez moi au péril de ma vie la nuit dernière ? fit Florinus irrité.

– Souviens-toi, Florinus ! Tu as refusé mon hospitalité. Mais pourtant il me plut de veiller sur ton salut, malgré toi. Valens et Vitalis, après avoir reçu des instructions précises, en robustes palefreniers devaient assurer ta protection, qui, je te prie de m'excuser, fut fatale à ton occiput. En effet, pendant que Valens à l'improviste te frappa d'un coup de

timeant! Tum agaso ille insidias struxit in quibus noctua nostra, Lucanus ipse, inhærescat. Vtrem enim subter stragulum tuum operuit sed, dum insidiatur, sopire coepit. Namque, primo diluculo, latro in uillam tuam uenire per compluuiumque intrare instituit. At tamen in tempore et ingenti petoriti strepitu in uillæ cohortem iniui. Cum aduentu meo Lucanus urgebatur ad cædem properabat sed, priusquam in fugam se conferret, eum interfeci. Veni, uidi, uixit.

gourdin, te ramène assommé chez moi et te couche dans une chambre voisine à celle de Stolon, Vitalis vint chez toi annoncer aux tiens que tu restais dormir la nuit chez moi. Qu'ils ne craignent rien au sujet de leur maître ! Puis le valet d'écurie mit au point le piège dans lequel notre oiseau de nuit, Lucanus en personne, s'engluerait. Il recouvrit de ta couverture de lit une outre. Mais il commença à s'assoupir en faisant le guet. En effet ce n'est qu'aux premières lueurs du jour que le bandit décida de venir dans ta ferme et d'y entrer par le toit du compluuium. A temps, mon char faisant un vacarme d'enfer, j'entrai dans la cour de ta ferme. Mon arrivée pressa Lucanus qui se hâta au crime mais avant qu'il put prendre la fuite je le supprimais. Je suis venu, j'ai vu, il a vécu.